Disputatio

DE FIDEJUSSORIBUS,

Quam

Adjuvante Deo opt: max:

Decreto, & autoritate Amplissimi Iureconsultorum Ordinis

TOBIAS HEIDENREICH


J. U. D.

Publicè ventilandam proponit

RESPONDENTE:

M. MATTHÆO ANDREA Ackermann.

Ad diem ult. Septemb: in acroaterio Jurè consultorum.





LIPSIÆ

Excudebat Laurentius Cober.

ANNO

1619.

DISPUTATIO
De Fidejussoribus.

MAteriam fidejussorum in foro admodum esse frequentem, creditoribus apprimè salutarē, spondentibus maximè periculosam, cotidiana testatur experientia. Quocirca non inutiliter nos facturos existimavimus, si eam sub examen disputationis publicæ revocaremus.

THESIS PRIMA.

FIdejussor (a) est, qui debitoris obligationem fide suâ, periculoq; suo majoris plenioris q; securitatis gratia, (b) ratam esse jubet.

(a) Qui & sponsor appellatur, quia spontè, & non rogatus pro alio promittit. *Gl. in Anth. de fidejuss. quam refert, & sequitur Alciat. l. 1. par. cap. 2. Ang. & VVes. in pr. Instit. de fidej. Stracha in tract. de spons. par. 11. num. 11. Hering. de fidejuss. cap. 3. num. 31.* Vocatur etiam adpromissor, quia promissioni, atq; obligationi accedit. *VVes. d. pr. & Alciat. d. in lo. Duar. ff. de fidejuss. cap. 1. per text. l. 5. §. satis acceptio. ff. de V. O. l. in omnibus. ff. de solut.* (b) textus est, *in pri. Instit. de fidejuss. §. fin. Inst. de replicat. l. Lucius. ff. de fidejuss. l. 1. §. sed aut 8. ff. de O. & A.*

II.

Fidejubere possunt omnes, qui & contrahere valent. (a) sive sint patres familias, sive filijfamilias. (b)

(a) *Azo in sum. C. de fidejuss. Duar. ff. de. fidejuss. cap. 4. in. pr. VVes. in parat. num. 3. ff. eod. Hering. de fidejuss. cap. 7. num. 68.* (b) *l. licet. 3. §. si filius familias, & §. sed si. ff. de pecul. l. filius familias. 8. C. de fidejuss. l. nulla 5. C. quod cum eo, qui in al potest. l si dubitet 10. §. filius familias. ff. de fidejuss.*

III.

Excipiuntur tamen quædam personæ, quarum utilitati leges consultum cupientes fidejubendi potestatem eis adimunt; ut sunt mulieres, (a) milites, (b) servi, (c) ebrij, (d) furiosi, mente capti, (e) minores, & pupilli, (f) prodigi quibus per prætorem bonis interdictam est. (g)

(a) Ob S Ctum Vellejanum, *tot. tit. ff. & C. ad SC. Velleia. l. 3. l. si. Titius 48. in pr. ff. de fidejuss.* nisi juratæ, vel saltem sufficienter certioratæ judicialiter, & autoritate curatoris ad hanc rem sigillatim dati interveniente illi renunciarint, *arg. c. cum contingat. c. ex rescripto 9. de jurejur. l. quamvis. 8. §. si mulier. 10. l. 31. & maximè l. fin. §. pen. ff. ad SC. Vell. Consentit Constit. Elect. 16. par. 2.* (b) *l. milites. 31. C. de locat. & conduct. l. de die. 8. §. 1. ff. qui satisd. cog:* ob eorum simplicitatem, & duritiem, quam in expeditionibus sustinent. *l. 1. ff. de testam. milit.* (c) extra rem peculiarem fidejubentes inscio domino. *l. servus. 19. l. sed & si 20. l. qui. 3. ff. de fidejuss. l. cum quis 38. §. 2. ff. de solut. & liberat.* (d) *arg. l. 48. ff. de R. J. Tiraq. tract. de pæn. mitig. caus. 6. num. 8. per c. sanè. 15. q. 1.* nam per ebrietatem mentis inducitur exilium, & omnium libidinum provocatur incendium. *c. 1. & c. venter. dist. 35.* (e) nam & hi quod agunt non intelligunt. *§. furiosus 8. Inst. de in util. stipul. l. 40. ff. de R. I.* (f) quia efficaciter non obligantur propter ætatem

fragilem

fragilem, judicij imbecillitatem, & restitutionis periculum. *l. si Titius. 48. §. 1 ff. de fidejuss. l. 1. ff. de minor. l. ait prator. 7. §. non solum. ff. eod.* (g) quia hi furiosis non absimiles sunt saltem moribus; cumq; ipsis nulla sit voluntas. *l. 7. § 1. & seq. ff. ex quib. caus. in poss. eat. l. 40. de R. I.* nec erit obligatio, & per conseq. nec fidejussio. *l. is cui. 6. ff. de V. O. l. 16. §. 3. ff. de fidejuss.*

IV.

Idoneus fidejussor censetur non modò ex facultatibus, (a) sed etiam conveniendi facilitate. (b)

(a) si pro magnitudine rei super quâ fidejussor adhibetur, satis idoneè habeat in rebüs vel immobilibus, vel mobilibus, quæ tamen de facili asportari nequeunt. *l. quos non 234. §. locuples ff. de V. S. l. fidejussor. 2. ff. qui satisd. cog.* (b) *d. l. 2. ff. qui satisd. cog. l. qui satis dare 3. ff. de fidejuss.* ratione vel fori, ne alterius sit jurisdictionis. *l. si. fidejussor. 7. in pr. ff. qui satisd cog. l. 1. ff. si quis in jus vocat. d. l. qui satis dare. ff. de fidejuss.* vel privilegij, ne clericus sit, *Auth. de sanctiss. episcop. §. sed neq. coll. 9. c. 1. ext. de fidejuss.* aut studiosus. *arg. Auth. habita, C. ne fili: pro pat. Bart. in d. l. fidejussor. 2. in pr. ff. qui satis d. cog.* nisi suo privilegio specialiter renunciavèrint. *l. 1. in fin. ff. si quis. in jus vocat. l. 7. ff. qui satisd. cog. Hering. de fidejuss. c. 7. num. 335.*

V.

Omni autem obligationi fidejussor accedere potest. (a)

(a) sive re illa contracta fuerit, sive verbis, sive literis, sive solo consensu *per text. expressum in §. in omnibus Inst. de fidejuss. l. 1. l. gracè. §. 1. l. si quis 56. ff. eod.* sive sit naturalis tantùm, sive civilis tantùm. *l. 1. l. fidejussor. 16 §. fidejussor. ff. de fidejuss. d. §. 1. Inst. eod.* sive principalis, sive accessoria: Nam reus principalis fidejussoribus suis etiam alios fidejussores dare potest, *textus est in l. gracè. § fin. l. si plures. in fin. ff. de fidejuss.* Hi solutione â debi-

 tore

tore non facta fidejussores antea datos tenentur servare indemnes; Vndè germanicè vocantur Schadloßbürgen / *Schneid. in §. 1. Instit. de fidejuss. num. 6. Ias Zas. & comm. Dd. in l. fin. ff. si cert. pet. Vasq. lib. 1. illust. cont. c. 23. n. 4.* sive præcedat, & præsens sit, sive subsequatur, vel futura sit. *§. fidejussor. Inst. de fidejuss. l. Si Stichum. 38. §. 1. l. potest. 4. l. Stipulatus. 6. ff. eod. l. non. 35. ff de judic.* Quod verum est tempore, & actu contrahendi: nam quoad effectum semper fidejussor sequitur obligationem. *Ioh. Fab. in d. §. fidejussor, qui ita intelligit Gl. in rub. ff. eod. textus est in l. fidejussor. ff. eod.*

VI.

Sed quæritur: An etiam in criminalibus rectè interveniat fidejussor? Affirmamus, quoties nondum constat, an reus maleficium perpetrârit; vel constat quidem, sed tale tamen est, vt pœnam corporalem non mereatur; (a)

(a) *l. si à reo. 70. §. id quod. l. si quis pro eo. 56. §. fin. ff. de fidejuss. l. Divus. 3. ff. de custod. & exhib. reor. Auth. hodiè. C. eod. c. si clericos. in fin. de sent. excomm. in 6.* Et tunc si reum criminis, pro quo fidejussit, non sistat, aut pœna pecuniaria plectitur, aut aliâ; quæ jure civili arbitraria. *L. si quis. 4. ff. de custod: & exhib. reor.* Saxonico vnius VVerigeldij est: *art. 65. lib. 1.* Landtr. Vbi verò pœna corporis venit infligenda, non accipitur fidejussor. *Covar. Lib. 2. resolut. cap. 8. num. 7. Bart. in l. 4. ff. de custod. & exhibit. reor.* Nam cùm nemo sit dominus membrorum suorum, *l. liber. 13. ff. ad L. Aquil.* non potest se quis, ad pœnam corporalem obligare. *arg. d. l. liber homo, ibiq. Dd. & VVes. in par. ff. de fidejuss. num. 4.* quia sic puniretur is; qui non deliquisset, quod jura vetant, *l. sancimus. C. de pœn. Zobel. ad d. art. 65.*

VII.

Controversia quoque est difficilis, an pro dote confer-

conservanda maritus fidejussorem dare cogatur? Negamus.

Per rub. & l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. den. Cùm enim mulier se se ipsam, & vitam suam marito credat, cur non etiam dotem? *d. l. 2.* Et cur magis vxor fidem habeat fidejussori vt homini alieno, quàm proprio marito, cùm hac ratione perfidia in connubio eorum generetur. *d. l. 2. C. ne fidejuss. dot. den.* Eadem est ratio in dote restituenda. *Bart. & Dd. in l. si constante. § quoties. ff. sol. mat. per text. d. l. 2.*

VIII.

Fidejussoris porrò obligatio non debet esse major, quàm rei principalis: (*a*) aliàs est invalida.

(*a*) hoc est, non potest fidejussor plus debere, nec plus ab eo peti, aut exigi, quàm ab eo, pro quo obligatur. *§ fidejussores. Inst. de fidejuss. l. græce. § illud commune. l. hi qui ff. eod.* Est enim fidejussoris obligatio accessio principalis obligationis, nec plus in accessione potest esse, quàm in principali re. *d. § fidejussores.* Plus autem, minusúe intelligimus re, loco, tempore & causa. *d. §. fidejussores, juncto §. plus autem, cum § seq. Inst. de act. Ias. in l. si cum procuratore. num. 3. ff. de re judic. & in l. si convenerit. num. 14. ff. de jurisd. om. jud. Bart. in l. hi qui. ff. de fidejuss.*

IX.

An verò planè inutilis sit, & fidejussor nullo prorsus modo obligetur, an verò saltem ad eam summam, quam reus principalis revera debet, vetus est quæstio? Et verius est obligationem non esse planè inutilem, sed fidejussorem obligari saltem ad id, quod reus principalis revera debet.

Per text. l. rogatus 33 ff. mand. l. si vltra. 22. C. de fidejuss. l. pecunia. 9. ff. de vsur. Quibus accedit ratio, quia vtile per inu-

tile

tile non vitiatur. *c. utile. de R. I. in 6.* Ergò fidejusſio quoad eam quantitatem vtilis, quæ revera à principali reo promiſſa eſt, non debet vitiari per quantitatem inutiliter adjectam, cùm præſertim & hoc certum ſit, in majori ſumma minorem ineſſe. *textus eſt in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de V. O. Et hanc ſententiam præter Gl. in d. § fidejuſſores tenet Mynſ. & VVeſ. ibid. Cyn. in l. fin. C. de fidejuſſ. Dec. in l. in eo quod plus num. 13. ff. de R. I. Alciat. lib. 5. par. cap. 17. Eman. Soar. in tract. recept. ſent. ſub lit. f. num. 129. Hering. de fidejuſſ. c. 24. num. 52. & ſeqq.* Et licet primâ fronte repugnare videatur, *textus in l. grace § illud commune. ff. de fidejuſſ.* tamen ſi rectè ponderentur verba, & mens illius, magis propugnat, quàm oppugnat noſtram hanc aſſertionem, quemadmodum in actu diſputationis id evincere conabimur.

X.

Forma fidejuſſionis conſiſtit in ſtipulatione (*a*) inter præſentes. (*b*)

(*a*) *l. ſtipulationum. 5. § 2. ff. de V. O. l. blanditus. C. de fidejuſſ. l. 1. § ſed aut ff. de O. & A. l. ſciendum. ff. de V. O. § fin. Inſt. de fidejuſſ.* ita vt creditoris interrogatio præcedat; annè pro debitore fidejubere velit is, qui inductus eſt, & hic viciſsim reſpondeat, ſe fidejubere, & obligationem ſuſcipere. *§ in hac re Inſt. de V. O. l. fidejuſſor 16. in pr. ff. de fidejuſſ.* Nam neceſſe eſt, vt de ſe promittant fidejuſſores, hoc eſt, ſe daturos, vel facturos: nec valet fidejuſsio, ſi reum principalem daturum, vel facturum promittant. *l. ſicut 65. ff. de fidejuſſ.* cùm alieni facti promiſsio neminem obliget. *d. l. ſicut. l. ſtipulatio. in pr. ff. de V. O. § ſi quis alium. Inſtit de inutil. ſtipul.* (*b*) Nam per ſtipulationem inter præſentes factam fidejuſſores ſtricto jure firmiter obligantur. *l. 1. § 1. ff. de V. O. § fin. Inſtit. de fidejuſſ. d. l. blanditus. C. eod. l. 1. § verbis. ff. de O. & A.* De æquitate tamen, & reſpectu commerciorum, ac communis vtilitatis, præſertim hodiernis temporibus meritò aliud admittitur. *Hering. de fidejuſſ. c. 11. num. 76.*

XI. Fide-

XI.

Fidejussor æquè tenetur, atque principalis debitor ad id, quod tempore fidejussionis erat in obligatione.

l. fidejussores. 68. § 1. l. potest. § 1. in fin. ff. de fidejuss. l. fidejussor. 10. C. eod. l. si mandator. 8. C. quod cum eo, qui in al. pot. Vndè quod tempore fidejussionis non erat in obligatione, ad id fidejussor non tenetur. *d. l. fidejussores. 68. § 1.* quia fidejussio est stricti juris, *l. blanditus. C. de fidejuss. §. actionum quadam Inst. de action. VVes. in parat. ff. eod. num. 6. Hering. de fidejuss. cap. 2. num. 50.*

XII.

Hinc certi juris est, fidejussorem ex morâ principalis ad vsuras, pœnam, aliasque accessiones non teneri.

l. centum Capuæ 8. ff. de eo quod cert. loc. l. quicquid. 99. ff. de V. O. l. quæro. 54. ff. locat. l. fin. ff. de fidejuss. l. sive. 3. ff. qui satisda. cog: l. 22. ff. de O. & A. nisi in omnem causam fidejusserit: quia tunc tenetur etiam ad vsuras, & reliquas præstationes. *d. l. quæro. in pr. l. fidejussores. 68. §. 1. ff. de fidejuss. & plenè Bart. in d. l. centum Capuæ. num. 8. cum seqq. Duar. de eo quod cert. loc. cap. 4. Gedd. de contrah. stipul. cap. 11. conclus. 10. Coras. 2. miscell. 18. Hering. de fidejuss. cap. 24. num. 132.*

XIII.

Cæterùm fidejussor non tantùm ipse obligatur, sed etiam hæredem relinquit obligatum.

§ fidejussor. Instit. de fidejuss. l. potest. 4. § fin. ff. eod. l. fidejussoris. 24. C. eod. l. si tibi. 8. C. mand. idq; verum est, etiamsi in obligatione fidejussoris mentio hæredum facta non sit. *l. si pactum. ff. de probat. 2. Feud. 18. quod & Constit. Elector. 20. part.*

 2. se-

2. sequitur. Excipiuntur tamen certi casus; vt si consuetudo sit in contrarium, tunc enim secundùm eam pronunciandum. *per text. l. de quibus. in fin. cum l. seq. ff. de ll. d. Constit. Elector. 20.* 2. Si in literis obligatorijs expresse reperiatur, quod mortuo fidejussore debitor alium fidejussorem creditori offerre teneatur: quia hoc casu obligatio fidejussoria est personalis, & hæredem fidejussoris non obligat. *d. Constit. 20. per l. quia tale ff. solut. mat l. sordidorum. C. de excusat. mun. lib. 10. c. privilegium. de R. I in 6.* 3. Si obligatio ex delicto, vel quasi descendat. Illa namq; regulariter in hæredes non competit. *§. non autem Instit. de perpet. & tempor. act.* cùm sit pœnalis. *§ ex maleficijs. Instit. de actio:* Pœna autem suos debet tenere autores. *§ omnis Instit. de noxal. action. l. quod dicitur. ff. de furt. l. 1. §. fin. ff. de privat. del.*

XIV.

Si plures sunt fidejussores singuli in solidum tenentur.

textus est in § si plures. Instit. de fidejuss. l. 3. l. reos. 23. C. eod. tit. Ratio est, quia singuli obligationem principalem fide suâ esse jubent, *d. l. 3.* Vndè si vnus totum soluit, non potest repetere. *§ si plures. vers. sed si ab vno. Inst. de fidejuss. l. si testamento. §. 1. vers. quod si duo. ff. eod.*

XV.

Etsi autem regulariter fidejussores per æquè tenentur ac reus principalis: (a) tamen certa quædam habent beneficia à jure ipsis indulta, nimirum beneficium excussionis, divisionis, cessionis, & mandati actionem. (b)

(a) *d. l. fidejussores. 68. § 1. in fin. ff. de fidejuss. l. fidejussor. 10. C. eod*

C. cod. l. si mandator. 8. C. quod cum eo, qui. (b) *Pert. in § si plures. ibid. Ias. in addit. Instit. de fidejuss.* Ex quibus duo ipsis competunt antequam soluant, scil. beneficium Excussionis, & divisionis, duo postquam jam soluerunt, videl. actio mandati, & cedendarnm actionum. *Ias. d. in lo.*

XVI.

Excusfionis, vel ordinis beneficium est, quo fidejussor conventus creditorem agentem repellit ab intentatâ actione, usque dum excutiatur principalis debitor. (a)

(a) modò is non fuerit absens, & sit solvendo. *Auth. praesente. C. de fidejuss. Novel. 4. cap. 1.* Et hæc excussio adeò est rigorosa, vt fiat vsque ad sacculum, & peram. *Ias in § fin. num. 6. Instit. de actio. Hering. de: fidejuss. cap. 27. num. 6. & 7.* Non potest tamen fidejussor conveniri, antequam judex pronunciet excussionem legimè factam esse. *Bart. in l. stipulatio. § habet autem. num. 4. ff. de nov. oper. nunc. per l. incerti. C. de interd. Ang. in § item si quis in fraudem. num. 20.* Et quando fieri debet excussio, necesse est, vt ad hoc citentur fidejussores. *Ang. d. in lo. num. 18.* Qui autem vult hoc beneficio uti, antè litem contestatam hoc facere debet, nam post litem contestatam amplius opponi non potest. *textus est in l. exceptionem. 19. C. de probat. Felin. in c. exceptionem. num. 42. ext. de except. Ias. in l. fin. in pr. num. 1. ff. si cert. pet. Bart. in l. 3. ff. de exceptio. Eman. Soar. in tract. recept. sent. sublit. f. num. 136. Capel. Thol. quaest. 81. & 166.*

XVII.

Beneficium divisionis est, (a) quo plurium confidejussorum obligatio dividitur, & creditor à

 singu-

ſingulis partes viriles petere compellitur. (b)

(a) quod & D. Adriani vocatur, quia ex epiſtola Imp. Adriani profectum eſt. § *ſi plures Inſtit. de fidejuſſor. l. inter fidejuſſores. 26. l. ſi plures. 27. § 1. ff. eod.* (b) *per text. d. § ſi plures. & d. l. inter fidejuſſores. l. non rectè. 3. in fin. C. de fidejuſſ.* Quod & in ipſorum hæredibus locum habet. *d. l. ſi plures. § ſicut ff. d. t.* Verùm tùm demum hoc beneficium competit, 1. cum omnes fidejuſſores ſunt ſoluendo. *d. §. ſi plures. & in l. 3. C. eod. l. ſi contendat. ff. eod. Panor. in c. 2. num. 5. ext. eod. Hering. de fidejuſſ. cap. 27. num. 17.* & quidem tempore litis conteſtatæ. *d. § ſi plures. & in l. inter eos. § 1. ff. eod. tit. l. fidejuſſor. 10. §. 1. C. eod.* 2. Si fidejuſſores hoc beneficium petant. Non enim ipſo jure competit, ſed ope exceptionis, quæ niſi opponatur, non eſt diviſa obligatio. *d. l. inter fidejuſſores. l. ſi contendat. ff. de fidejuſſ.*

XVIII.

Beneficium ceſsionis, ſeu cedendarum actionum datur fidejuſſori, qui ſolidum ſolvit adverſus creditorem ad hoc, vt ſibi cedat actiones contra confidejuſſores, *(a)* ad recuperandum id, quod plus juſto ſolvit. *(b)*

(a) l. fidejuſſoribus. 17. l. vt fidejuſſor. 39. l. cum is. 36. ff. de fidejuſſ. l. cur alter. & Auth. præſente. C. de fidejuſſ. Nam fidejuſſor adverſus confidejuſſorem nullam habet actionem, niſi à creditore ipſi cedatur. *d. l. vt fidejuſſor. d. l. cum alter*: ità tamen vt ceſsio fiat antè ſolutionem. Si enim poſteà fiat ceſſio, inutilis eſt, cum jam perſolutionem actio ſit ſublata, & proptereà cedi amplius non poſſit. *l. Modeſtinus ff. de ſolut.*

(b) Non tamen vnum vel alterum confidejuſſorum convenire poteſt inſolidum, etiamſi in ſolidum ſe obligarint,

ſed

sed quilibet eorum pro sua portione virili tenetur. Nam solutione facta ipsa principalis obligatio jam est extincta. *d. l. Modestinus.* Neq; obstat cessio, quia ea inter fidejussores intelligitur pro parte virili. *Gl. in l. unde quaeritur. §. fin. ff. commod. Bart. in d. l. Modestinus: num. 9. VVes. in rub. num. 6. ff. de fidejuss.*

XIX.

Actionem mandati habet fidejussor contra reum principalem (*a*) recuperandi ejus causa quod pro eo soluit. (*b*)

(a) § *si quid autem Inst. de fidejuss. l. potest. 4. in pr. ff. eod. l. si remunerandi. 6. § si passus. l. qui patitur. 18. ff. mandat*: Cum enim fidejussor sciens volensq; ex merâ liberalitate, & animi candore pro debitore principali fidem suam obstringat: non immeritò datur contrà eum actio, ne officium suum ipsi sit damnosum. *l. si servus communis. 61. §. quod verò. ff. de furt. l. sed si quis. 7. ff. quemadmod. testam. aper. c. pervenit. 2. ext. de fidejuss.* (*b*) Ergò actio mandati tunc locum habet, quando fidejussor soluit. *l. si fidejussor. 6. l. si pro ea. 10. C. mand. l. 1. C. de fidejuss. minor. d. c. pervenit. 2. ext. de fidejuss.* Nam antequam soluit, haec actio ipsi non competit, cùm non hoc ipsi videatur mandatum, vt fidejubeat, sed vt soluat, *Gl. in d. c. fin. ext. de fidejuss.* Sunt tamen certi casus, in quibus fidejussor etiam antequam soluat agere potest, contra reum principalem, vt eum à fidejussione liberet, de quibus *Gl. in d. § si quid Inst. de fidejuss. Bart. in l. si quis mandato. ff. de neg. gest. Hering. de fidejuss. cap. 25. num. 15. & seqq. textus est in c. fin. ibi Gl. ext. de fidejuss.*

XX.

Quemadmodum autem juri pro se introducto quilibet renunciare potest: (*a*) ita & fidejussores

his beneficijs sibi competentibus renunciare possunt. *(b)*

(a) l. si quis in conscribendo. C. de pact. (b) *arg. d. l. si quis in conscribendo. l. pactum. 46. in fin. ff. de pact. l. si judex. 41. ff. de minor*: Quâ quidem in renunciatione opus est, vt ista beneficia speciatim exprimantur. *l. sed & si quis. § quaesitum, ibi Gl. Bart. & Ias. ff. si quis caut. Consentit. Constit. Elector. 17. part. 2.* Ita tamen vt si vni, vel alteri beneficio in specie renunciatum sit, & posteà subijciatur generalis clausula, tunc & reliquis omnibus beneficijs renunciatum esse intelligatur. *d. Constit. Elect. 17. Bart. d. l. ibid. Ias. num. 13. & 14.*

XXI.

Causa finalis fidejussionis est, vt diligentius creditori caveatur de consequendo illo, quod sibi debetur.

Pr. Inst. de fidejuss. § fin. Instit. de replicat. l. 1. § sed aut proprio. 8. ff. de O. & A. ita vt non immeritò, *cum VVes. in parat. ff. de fidejuss. num. 4. & Hering. in tract. de fidejuss. cap. 16. num. 7.* dicere quis posset, fidejussionem nihil aliud esse, quàm solutionis securitatem. *l. 1. ff. qui satisd. cog.*

XXII.

Soluitur fidejussio solutione principalis debiti; *(a)* novatione, *(b)* acceptilatione; *(c)* confusione, *(d)* oblatione, consignatione, ac depositione pecuniae creditae, *(e)* & alijs modis. *(f)*

(a) *l. cum is. 36. ff. de fidejuss. l. in omnibus. 43. l. Modestinus. 76. ff. de solut. & liber*: (b) *l. vbicunq. 60. ff. de fidejuss. l. novatione. 4. C. eod.* nisi in posteriore obligatione novatâ de-

nuò